



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Abbati Sancti Avberti, & Magistro R. de Bekerel & R. Torel Canonicis  
Cameracensibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

alienis. In alio verò capitulo credimus distinguendum, utrum eo tenore fuerint manumissi & oblati ordini clericali, quòd manumittenti Ecclesiæ, dum vixerint, debent impendere famulatum in obsequiis divinorum, & tunc transferendi se ad aliam est eiis licentia deneganda, vel manumissi extiterint absolutè, siccè libertatem habeant ad aliam transeundi. Datum Viterbij V. Idus Iunij, anno decimo.

*ARCHIEPISCOPO TURONENSIS  
& suffraganeis ejus.*

Epiſt. 74.  
De excommunicatiō-  
nē, & de celi-  
sticis ſan-  
ctis.

**O**lim venerabilis frater noster . . Episcopus Sueſſionensis per suas nobis literas intimavit quòd cùm torneamenta quæſiebant in suis partibus peregrinationis ſuæ propositum crederet plurimūm impedire, auctoritate noſtra in torneatores excommunicationis ſententiam promulgat, propter quod multi Milites fuerunt adeo conturbati ut nec crucem afflumere nec aliquod ſubſidium vellent terræ sanctæ conferre. Vnde poſtulavit à nobis ut ſibi permittere dignaretur ad tempus illam ſententiam mitigare. Licet autem intentionis noſtra non eſſet torneamenta permettere, quæ ſacrifici noscuntur institutionibus interdicta; quia tamen quod proviſum erat ad commodum, tendere videbatur ad noxam, eidem Episcopo duximus concedendum ut ſententiam ipſam circa omnes vel aliquos relaxare curaret, prout noſceret expedire. Ipſe verò in negotio ipſo cum debita maturitate procedens, recepta ſecundūm formam Ecclesiæ cautione ab omnibus qui Montis aurei & Laudun. haſtiludiis interfuerant, prefatam excommunicationis ſententiam relaxavit, tam ipſos quām universos qui vel in hospitio vel etiam alijs communicarant eisdem nunziari faciens absolutos. Canonis quidem censura de talibus in ſuo robore perduante. Quapropter Milites absoluti plurimū exultantes, devotione unanimi ſtatuerunt certam quantitatē pecunia singillatim in terra sanctæ ſubſidium definare. Nos igitur quod ab eodem Episcopo provide ac utiliter factum eſt approbantes, universitatē veſtra auctoritate praesentium mandamus quatinus Milites memoratos ut quod in hereditatis Christi ſubſidium promiferunt ſe devotione laudabili ſoluturoſe exolvant unuſquisque per dioceſim ſuam moneatis prudenter & efficaciter inducatis, ipſos ad hoc, ſi opus

Tom. II.

fuerit, per diſtriictionem eccleſiaſticam compellentes, cenzuram Lateranenſis Concilij circa tales obtinere vigorem debitum faciendo. Datum Viterbij VI. Kal. Iulij, anno decimo.

*COMPOSTELLANO ARCHIEPISCOPO,*

**P**ropoſuſti nobis in noſtra præſentia conſtitutus quòd venientibus ad Eccleſiam beati Iacobi ex diversis regionibus peregrinis, & volentibus aliis ab alteris per contentiones & rixas altaris de nocte custodiam vendicare, homicidia contingunt interdum, & aliquando vulnera inferuntur. Propter quod humiliter poſtulaſti ut alio modo quām per reconcilationis beneficium dignaremur ipſi Eccleſiae providerem. Manente igitur Eccleſia & altari, fraternitati tuæ inſinuatione praesentium innoſecat quòd ipſa reconciliari poterit per aquam cum vino & cinere benedictam. Datum Viterbij XII. Kal. Iulij, anno decimo.

*E I D E M.*

**S**Vper eo quòd fraternitas tua nos confulere voluit, ut quia tota ferè provincia Compostellana de novo eſt ad jurisdictionem Eccleſiae tue converfa, qualiter tibi provinciam vel partem provinciae visitanti obsequi debeat & servire, necon & in procurationibus providere, te instruere dignaremur, tibi taliter duxiſmus respondendum, quia illud obſervare tenetur quod in vicinis provinciis obſervatur. Datum Viterbij X. Kal. Iulij, anno decimo.

*ABBATI SANCTI AVBERTI,  
& Magistro R. de Bekerel & R. Torel  
Canonici Cameracensibus.*

**C**onſtitutus in praefentia noſtra dilectus filius C. Clericus ſua nobis infirmitate monſtravit quòd cùm olim pro injuriis quas . . Præpoſitus Eccleſiae ſancti Audomari ſuper beneficio ſuo ejusdem Eccleſiae irrogabat eidem ad ſedem apostolicam provocaveret, & ipſum ad profeſquendam appellationem ſuam in itinere conſtitutum ad ſedem apostolicam veniendi apud Trecas continget gravi ægritudine occupari, demum ut populi tumultum idem Clericus evitaret, ſe fecit ad monaſterium Clarevallense deferri, ubi cùmtandem invaleſcente morbo fuifet in extasi poſitus, monachi ejusdem loci eum novitiorum habitu induerunt. qui statim ut ad mentem rediit reclama-

Epiſt. 75.  
Ut reconciliare  
poſlit altare S.  
Iacobi.  
Cap. Propofuſi-  
fi De conſecr.  
Eccleſiar.

Epiſt. 76.  
De procuratio-  
nibus.  
Cap. Super eo.  
De cenſib.

Epiſt. 77.  
De Clerico qui  
factus fuerat  
monachus in  
infirmitate.

F ij

vit, nunquam contentiens, & deposito  
habitu, recedendi licentiam obtinuit ab  
eisdem. Quare à nobis humiliter postula-  
vit ut ei dignaremur super hoc contra  
æmolorum suorum astutiam paterna sol-  
licitudine præcavere. Nos igitur petiti-  
oni ejus paterno condescendentes affectu,  
præsentium vobis auctoritate mandamus  
quatinus si est ita, prædictum Clericum  
hujus occasionis obtenu non permittatis  
ab aliquibus molestari, eidem redditus  
suos, possessiones, & res alias cum inte-  
gritate debita, si quas ea occasione inve-  
neritis temerè occupatas, per censuram  
ecclesiasticam sublato appellationis ob-  
staculo restitui facientes. Testes autem  
qui fuerint nominati &c. Nullis litteris  
&c. Quod si non omnes, duo vestrum &c.  
Darum Viterbij VI. Non. Iulij, anno  
decimo.

*ARCHIEPISCOPI ET EPISCOPIS  
per Hispaniam & Guaconiam constitutis.*

*Epiſt. 78.  
De adulteriniſ  
iſigniis beati  
Iacobi,*

**O**ccurrere debet apostolica sedes  
præsumptionibus malignorum, &  
eorum excessus pastoralis sollicitudine co-  
hibere. Sanè ad audientiam apostolatus  
noſtri pervenit quod quidam in Hispania  
& Guaconia constituti adulterina insignia  
beati Iacobi, quæ conchæ dicuntur, in  
animarum suarum periculum cedere non  
verentur. Volentes igitur præsumptiones  
hujusmodi per vestra discretionis pruden-  
tiam cohibere, fraternitati vestra per  
apostolica scripta mandamus atque præ-  
cipimus quatinus auctoritate noſtra uni-  
versis per vestras provincias constitutis  
sub excommunicationis poena districtiū  
inhibere curetis ne hujusmodi adulterina  
iſignia, quod in suarum vergit periculum  
animarum, cedere aliqua temeritate  
præsumant. Datum Viterbij XIII. Kal.  
Iulij, anno decimo.

*VNIVERSIS ARCHIEPISCOPIIS  
& Episcopis in Aquitania constitutis.*

*Epiſt. 79.  
De literis apo-  
ſtolicis per  
fratrem ob-  
tentis.*

**I**Nſinuata nobis per venerabilem fra-  
trem noſtri Episcopum Xancto-  
nensem quorundam perversorum iniqui-  
tas animum noſtri non potuit non mo-  
vere, qui nova lucrandi fraude reperta,  
contra nonnullos in vestris dioceſibus  
conſtitutos graves calumnias per litteras  
noſtras exercent. Quidam enim, ut dici-  
tur, ſuper falsis querelis aduersus eos quo-  
rum perſonas oderint, vel ambierint facul-  
tates, commiſſionum à nobis litteras im-  
petrantes, in injurias jura convertunt,

dum illos tamdiu fatigare compellunt ſub  
prætextu iuſtitiae per eadē donec per  
injuſtitiam vel perfonas ad libitum fatiga-  
verint vel extorferint pretium pro ſuſci-  
ti litigi cefſione. De quibus ſiquidem  
unus, cùm nequivifſer quandam juvencu-  
lam conjugatam ad ſuę libidinis inclinare  
consenſum, repetens exēnia quæ ſe illi  
miſiffe dicebat, eam citari fecit ad cau-  
ſam. Quæ ſive de fraude timida, ſive per  
virum ad judges accedere non permifſa,  
non ſolum ipſa, verū etiam confanguine-  
a quædam ejus, qua noluerat eſſe adul-  
terij mediatrix, & quidam alij, excommu-  
nicationis ſententiā pertulerunt: quo-  
rum interim aliqui decedentes ſepulturam  
ecclesiasticam nequierunt aliquatenus  
obtinere, quanquam unus iudicium a..  
Prefbytero, qui conjugatam predictam in  
mortis articulo conſtitutam ad pe-  
nitentiā receperat, certam extorferit pec-  
uniae quantitatē. Præterea quendam  
ſutorem pro ſotularium filo quatuor de-  
narios vix valente citari ad remotos judi-  
ces procuravit & tandem excommunicati-  
onē ſupponi, qui etiam occaſione ſumpta  
quod cujusdam burgenſis famulus ei-  
dem domini ſui domum intrare volenti  
oſtium obſeraverat, poſt non modicum  
temporis, eodem famulo contrahere vo-  
lente cum quadam, objecit quod pro in-  
juria ſibi facta vinculo eum fecerat ex-  
communicationis aſtringi, & tandem de-  
cem ſolidis pro tali contradictione recep-  
tis, dicens te iudicium auctoritatē ha-  
bere, ipſe idem illum abſolvit. Alia verò  
vice, cùm ferè ducentos homines pro va-  
riis queſtionum fīgmentis à quodam Ar-  
chijprefbytero citari feciſſet, demum eun-  
dem Archijprefbyterum, eō quod negli-  
genter fuſſet mandatum apoftolicum  
executus, coram eisdem iudicibus impe-  
titiv, & ab ejus calumnia non niſi data  
redemptione quievit. Alius autem ſimi-  
liter à quodam ſutore, imponens ei quod  
ſuos parando calceos, eorum ſoleas de-  
curtarat, quindeciñ ſolidos extorſit. Qui  
profecto cùm equum unum à quodam  
alio conduxifſet, in certa pecuniae ſumma  
illum ſatisfacere ſibi compulit, eō quod  
idem equus casualiter in aquam ſub ipſo  
corruens, ejus iuſtione ſuum pallium ma-  
defecit. Sed & alius quidam pro manipulo  
caulium decem ſolidos recepit à quodam  
quem calumniantis fuerat ſuper ipſo.  
Quodque recoli eſt indignum, quidam  
alius quendam juvenem citari fecit ad ju-  
dices per tres dietas & ultrā remotos, eō